HUMANISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Marburg (?), 1514 Seite 68r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8134
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



impetu ac incitati que beneficia aequa ma-
gna non sunt habenda atque ea que
iudicio considerate constanterque delata sunt
sed in collocando beneficio et in conferenda
gratia (si cetera paria sint) hoc maxime
officii est ut quisque maxime opis indi-
geat ita ei potissimum opitulari. Quod
contra fit a plerisque a quo enim pluri-
mum sperant etiam si ille his non eget tamen
ei potissimum inserviunt

Marcialis
Dantur opes nullis nunc
nisi divitibus

Christus
gratia
habenti dabitur gloria

Inservire et frequens esse in
in alicuius negotiis

Quomodo consideranda sit vite communitas et societas

Optime autem societas hominum
coniunctioque servabitur si ut quisque erit
coniunctissimus ita in eum benignitatis
plurimum conferretur. Sed que naturae prin-
cipia sint communitatis et societatis huma-
nae repetendum alias videtur. Est enim primum
quod cernitur in universi generis huma-
ni societate. Eius autem vinculum est ratio
et oratio que docendo discendo communicando dis-
ceptando iudicando conciliat inter se homines co-

65

68